



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

232. An quidam regularis qui mactavit vaccam incurrerit pœnas Bullæ
Vrbani VIII. edita die 28. Aprilis 1633. contra præsumentes mactare
animalia agrorum culturæ inservientia in Regno Siciliae? Et an ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

legio, hecho à la Compania de Iesus por el mismo Gregorio alegado. Ita ille.

Prælatu nullo modo poterit ob rationem præfati-
ctam.

RESOL. CCXXXI.

Observantur aliqua circa privilegia Regularium non solu-
endi decimas.

Et notatur, quod privilegia Regularium exemptionia à solu-
tione decimarum extenduntur non solum ad prædia tem-
pore concessionis acquisita, sed etiam ad acquirenda, &
ad prædia non solum culta usque ad illud tempus, sed
ad novalia culta post concessionem privilegij.

Et an Regulares amittant hæc privilegia per non usum
40. annorum, vel per privilegium Eugenij IV. necessa-
rium sit spatium centum annorum?

Et an hæc privilegia à Regularibus renunciari possint?
Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Resolut. 53. alias
52.

§. 1. Nota primò; quod privilegia regulares
exemptionia à solutione decimarum exten-
duntur non solum ad prædia tempore concessionis
iam acquisita, sed etiam ad acquirenda. Tum ex cap.
Quia circa 22. de Privil. vbi, cum dicatur privilegium
indefinite concessum ab Episcopo Monachis de non
soluendis decimis Episcopalis intelligi non solum
de decimis possessionum illius temporis, sed futuri, si
remissio fuit facta secundum canonicas sanctiones: &
ex alia parte privilegium, de quo hic loquimur, con-
cessum à Papa prælati debeat concessum iuxta cano-
nicas sanctiones, & indefinite procedat; dicendum
est illud extendi ad omnes decimas; cum propositio
indefinita æquivalet universali, quando est eadem
ratio de omnibus, vt in præfati casu. Ita Palaus, Pel-
lizzarius, & Leandrus vbi supra.

2. Nota secundò, quod privilegium concessum regu-
laribus de non soluendis decimis prædialibus exten-
ditur non solum ad prædia culta usque ad illud
tempus, sed etiam ad novalia culta post concessio-
nem privilegij. Ita Doctores citati. Sed an regulares
amittant hæc privilegia per non usum 40. annorum.
Respondeo affirmatiuè de iure, sed ex alio privile-
gio Eugenij IV. est necessarium spatium 100. anno-
rum, vt ex Villalobos probat Leandrus vbi supra.
9. 53. Imò plus addit Philippus de la Cruz, tract. de
Decimis §. 2. n. 9. vbi sic ait: [Aunque en algunas oc-
casiones los Regulares ayan sido remisos en no exe-
cutar sus censuras, y los tales Colonos; ò Arrenda-
tarios ayan pagado diezmos, no atendiendo à que no
tienen obligacion de dallos, no por esso les peruidi-
ca ninguna cosa, si no fuesse que la prescripcion fue-
se tanta, que por ella les obligasen à pagar, y para
esso an de aver pasado sesenta años; aunque yo sien-
to que en orden à los bienes y fueros Ecclesiasticos
no se à de atender à tiempo ninguno porque asi co-
mo no pueden renunciar su fuero y derecho, menos
les puede quitar la fuerza el tiempo, y mayormente
que el pagar algunos los tales diezmos, es porque
ignorant lo que è dieho, de que estan cientes por de-
recho ordinario; y tambien no an sido capaces del
privilegio, y lo ignoraron, que siendo asi pueden
pedir del restitucion en todo tiempo, como al propo-
sito habla Bartolo.] Ita ille.

3. Nec posse hæc privilegia à Regularibus renun-
ciari tradit Palaus loc. cit. punct. 13 n. 3. quia sunt in fa-
uorem Ecclesiæ, & Religionis concessa, sicut enim
nullus Clericus privilegio Fori renunciare potest;
quia in fauorem Clericalis status constitutum est;
ita non videtur posse Religionem huic privile-
gio renunciare: & ea Religio, cui datum est
privilegium possit; priuata veidò domus, aut

RESOL. CCXXXII.

An quidam Regularis, qui mactauit vaccam currentis
penas Bullæ Urbani VIII. edita die 27. Aprilis
1633. contra præsumentes mactare animalia agrorum
cultura inseruentia in Regno Sicilia?

Et an ignorantia etiam vincibilis, & crassa excuset?
Et explanatur, quod ignorantia probatur per iuramentum,
Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 187.

§. 1. S. Vponno Summum Pontificem in d. Bulla
Sulminare penas in audentes & præsumen-
tes mactare boves, vaccas, vitulos, &c. in hoc Re-
gno Siciliae, quæ quidem verba important dolam &
temeritatem, vt docet glossa in l. si quis tantum, Con-
de vi. Cardinalis in Clement. 1. de privilegio quest. 39.
D. Antoninus part. 3. tit. 24. cap. 54. ver. quarit. idè An-
gelus ver. excommunicatio 5. cas. 12. num. 15. Syluester
eod. ver. 7. cas. 14. dub. 6. num. 35. Nauarrus in summa cap.
27. num. 155. Emanuel Sà ver. p. 1. num. 5. & Docto-
res quos citat & sequitur Barbola tract. de delictibus
vbi frequenter dist. 278 n. 2. Menochius consil. 63.
num. 10. & Lotterius benefic. lib. 2. quest. 14. num. 54.
Cum igitur pro contraventione dictæ Bullæ requira-
tur dolus & temeritas, hoc enim, vt dictum est, si-
gnificat verba illa Pontificis, audent & præsumunt,
lequitur quod ignorantia etiam vincibilis & crassa,
excuset, vt latè probat Ledesma in summa tom. 1. cap.
3. de excommunicat. dub. vlt. dicto 5. Henriquez lib. 1. cap.
23. num. 3. Suarez 10. 5. disput. 4. sect. 10. num. 3. Sa-
chez de matrimon. tom. 2. lib. 9. disp. 32. num. 57. Auila
de censuris part. 2. cap. 6. disp. 20. dub. 6. Molina de in-
fir. tr. 5. disp. 7. num. 13. Curiel in p. 2. quest. 76. n. 4.
dub. 4. Bonacina tract. de clausura q. 5. punct. 5. num. 1.
Auendañus de exequend. mand. lib. 1. cap. 4. num. 38.
Cenedus ad Decret. collect. 4. num. 3. & Barbola vbi
supra n. 3. vbi sic ait: Dispositio puniens aliquid præ-
sumente, non comprehendit illum, qui bona fide
& ignoranter facit. Sic ille, & alij commun ter.

2. Hoc supposito constanter assero supradictum
Regularem neque in foro interno, neque in foro ex-
terno in penas dictæ Bullæ incurrisse, quia cum
ignorantia dictæ constitutionis Pontificis mactauit
vaccam, quæ quidem ignorantia licet regulariter des-
beat præsumi ex l. veniens, ff. de probationibus, tamen
in nostro casu adest de tali ignorantia iuramentum;
vnde de illa non est dubitandum, quia nemo præ-
sumitur salutis suæ immemor, maxime Religiosus tam
sanctæ Religionis, sicque in individuo concludit For-
tel in respons. Regular. part. 1. cass. 27. num. 3. & in al-
bis ver. ignorantia, num. 16. Afflictus in tract. de iure
prohib. §. 2. num. 9. ver. & si præsumptio, & ideo glossa
in cap. 2. in ver. scienter, de tempore ordin. in 6. & Docto-
res, quos citat & sequitur Caballus resolut. crimin.
centur. 3. cas. 287. numer. 46. asserunt, quod igno-
rantia probatur per iuramentum eam allegantis, quod
maximè procedit, vt docet Faianus de delictis car-
nis, quest. 149. num. 203. & 204. & alij penes ipsam,
quando iurans haberet pro se aliquam præsumptio-
nem ignorantia; quia, v. g. publicè actum contra
legem fecit. Sed totum hoc accidit in casu nostro,
cum dictus Religiosus palam coram omnibus vaccam
mactauit, ergo dicendum est omnino in penas dictæ
Bullæ ratione ignorantia; non incurrisse.

Sup. hoc in-
fra in Ref.
256 per tota
& lege alios
verl. eius an-
not. 1. & in
tom 4. tr. 2.
Ref. 45 §. Sed
nota, prope
finē, verl. nisi
talis nō vltus,
& etiam ibi
per non vlti
100. annorū,
& in tom. 6.
tr. 2. Ref. 25.
§. 1 prope fi-
nē, à verl. Los
privilegios.